Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

meum a tribulacione que circumde-
dit me exultacio mea eruc me a cir-
cumdantibus me. Intellectum
tibi dabo et instruam te in via qua
gradieris firmabo super te oculos
meos. Nolite fieri sicut equus et
mulus quibus non est intellectus.
In camo et freno maxillas eorum
constringe qui non approximant
ad te. Multa flagella peccatoris. Spe-
rantem autem in domino misericordia
circumdabit. Letamini in domino
et exultate iusti et glorammini omnes
recti corde. Ps DD

Exultate iusti in domino. rectos
decet collaudacio. Con-
fitemini domino in cithara in
psalterio decem cordarum psallite ei
Cantate ei canticum nouum bene
psallite ei in uociferacione. Quia
rectum est uerbum domini et omnia
opera eius in fide. Diligit iusticiam et
iudicium. misericordia domini plena est ter-
ra. Verbo domini celi firmati sunt
et spiritus oris eius omnis uirtus eo-
rum. Congregans sicut in utre
aquas maris ponens in thesauris
abyssos. Timeat dominum omnis ter-
ra. ab eo autem commouentur omnes in-
habitantes orbem. Quoniam ipse dixit
et facta sunt ipse mandauit et creata
sunt. Dominus dissipat consilia
gentium reprobat autem cogitaciones
populorum et reprobat consilia princi-
pum. Consilium autem domini
manet in eternum cogitaciones cor-
dis eius in generacionem et generacionem.
Beata gens cuius est dominus
deus eius. populus quem elegit in hereditatem sibi. De celo respexit dominus
et uidit omnes filios hominum. De
paratu habitaculo suo respexit super omnes
qui habitant terram. Qui fingit si-
gillatim corda eorum qui intelligit
omnia opera eorum. Non saluatur
rex per multam uirtutem et gigas in
saluabitur in multitudine uirtutis
sue. Fallax equus ad salutem in
habundancia autem uirtutis sue non saluabi-
tur. Ecce oculi domini super me-
tuentes eum et in eis qui sperant super
misericordia eius. Vt eruat a morte animas
eorum et alat eos in fame. Anima
nostra sustinet dominum quoniam adiutor et pro-
tector nostrum est. Quia in eo letabitur
cor nostrum et in nomine sancto eius speramus.
Fiat misericordia tua domine super nos
quemadmodum speramus in te.
Ps DD cum mutaret uultum suum co-
ram Abimelech et dimisit eum et abiit.
Benedicam
dominum omni tempore semper
laus eius in ore meo. In
domino laudabitur anima mea audi-
ent mansueti et letentur. Magni-
ficate dominum mecum et exaltemus
nomen eius in id ipsum. Exqui-
si dominum et exaudiuit me et ex omni-
bus tribulacionibus meis eripuit
me. Accedite ad eum et illuminamini
et facies uestre non confundentur.
Iste pauper clamauit et dominus
exaudiuit eum et de omnibus tribu-
lacionibus eius liberauit eum. In
uuitat angelus domini in circuitu
timentium eum et eripiet eos.